

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII**

De triplici vigilia & tribus hostibus. Serm. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

IN FESTO OMNIVM SANCTORVM.

60,

vobisum ipsi expedite, quanta sit benignitas præpotentis Dei, pro labore exiguo tanta redditis præmia, puta seipsum. Evidem non video, ut pro dignitate hanc Domini sententiam commendare queam qua ait. *Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Meritò sane dici de illa possit, O verbum salutiferum, o verbum gaudij plenum, o verbum iubilo refertū, ac vndique consummatum, o verbum anxietatis expers, o verbum cordi omnem angorem & solicitudinem superuacanem auferens, o verbum omnem in frugiferam cognoscendi appetitionem extinguis, o verbum voluntatis propriæ nescium, o verbum cor virile efficiens, ac pace sempiterna confirmans, quam nullus neque dæmonum, neque hominum perturbare queat, o verbum cor hominis ab omnibus cæli & terræ creaturis penitus nudans & expolians: vt pote quod Deus sibi vni seruare decreuit. Interim nihilominus eiusmodi verè pauperibus omnia Deus subministrat absque illorum desiderio: & quicquid putant sibi esse necessarium, Deo procurante adipiscuntur, absque sua solicitudine. Si enim Deus, horum est custos pauperum, ipse erit & nutritor & pastor. Obscero fratres charissimi si qui sunt inter vos, qui mea dicta non satis capiunt, ut simpliciter ea accipiatur abs quo curiosa inuestigatione, ne in errorem incurrat: Solis enim expertis ea benè perspecta sunt, nec satis possunt explicari in expertis. Rogemus Dominum Deum, ut nos verè Pauperes spiritu efficiat, quo & nos post momentanea huius vita curricula possimus ad beatissimam Sanctorum omnium, quorum solemnitate hodie latamur frequentiam, peruenire, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui est Sanctorum omnium caput & corona, quem laudat yniuersa cœlestis Hierusalem in secula seculorum, Amen.

IN SOLENNITATE SANCTI HVGONIS

Episcopi Lincolniensis Carthusiensis ordinis Alumni.

*De triplici vigilia & tribus hostiis.*

Sermo I.

**B**eatus ille seruus quem cum venerit Dominus & pulsauerit ianuam, inuenierit eum vigilantem, Luc. 12. Charissimi fratres, magni pastoris hodie festivitatem agimus, qui & se immunem custodire, & pro alijs tuendis eruditus potuit vigilare. Hic noster est Hugo Lincolniensis Episc. & Carthu. monachus. Ideo mooachus, ut sua tutu seruaret: ideo autem est Episc. ut aliena quoque vigilando & docendo protegeret. Sapientia nos, charissimi, ad vigilandum admonet Dominus, eosq; qui suo obtemperat consilio, beatos predicit. Quippe qui nos inter animæ pericula non ignorat versari, serpentes in sinu circumferre, & laqueos comedere ac bibere. Vigilantia igitur & circumspectione quantopers nobis opus sit, res ipsa loquitur. Quare prima causa ut vigilemus esse potest, ne circumueniamur ab hostiis. Hostes habemus mundum, carnem, diabolum, atque adeo propriam ipsam nostram voluntatem. Caro nos impugnat, & trahere nititur ad sensuum oblectamenta, ad luxum, ad curiositatem, noua sciendi videlicet, ut queramur.

Hhh mus

G. lat. 4.

mus mollia, optemus pulchra, procuremus suavia, & lectamur cū gaudio q̄si  
& cōmoda propria, & respuamus laborem fugiam q̄d aduersa. Caro hinc  
diu dormire, lautē comedere, delicata amare, communia ac minus sapientia  
spuere, ociari, fabulari, labores fugere, ex diuinis, adiūto astici, & cum cruce  
ris spiritualiter fornicari, Caro conqueritur de iejunio, murmurat de  
hiori cibo, indignatur si parcer tribuitur, contristatur si sobrie ministratur,  
caro fugit paupertatem, horret abstinentiam, detestatur penuriam, quae  
consolationem, ampliicitur aediosam quietem. Qui eiusmodi sunt, fratre,  
in carne sunt: & si sponte ita manent, hoc est, si se non corrigunt, finis dolē,  
si se non arguunt, & contra se pugnant, dici quidem possunt Carthusiani,  
sed non sunt, quia primam fidem suæ professionis irritam fecerunt. Nam  
vocationis nostræ scopum finemq̄ attenderimus, omnino ordinem id est  
sumus ingressi, ne secundum carnem viueremus. Secundum carnem autem  
viuimus, si opera & desideria hæc carnis quæ paulò antè recensui, spiritus  
mortificamus. Hortor vos, charissimi fratres, ab ieiunio omne ocium, nem  
nima temporis portio in vobis sine fructu pereat: prætiosissimum est vita ro  
stræ tempus, cuius ratio à Deo reddenda à nobis districtè exigeret. Dolefa  
pè vehementer, quod video plerosq; vestrum adeò inaniter, adeò leuiter,  
adeò ociosè ne dicam etiam perniciose tempus suum consumere, & pro  
modum nihil de fructu seu profectu animæ suæ cogitare, quæ carnis sunt  
plusquam oportet sapere, ad propria & quæ corpori conuenient prudenter  
esse, ad ea vero quæ Iesu Christi sunt, hoc est, ut sciatis quid magis illi placet  
quid vitæ eius conformius sit, quid denique eius gloriam uberioris promoueat,  
inertes esse & oscitantes. Sanctus Hugo carni bellum indicens, ipsam ade  
ò iejunij affixit, ut peculiaria etiam multa statutis plusquam tenerent  
adijceret, & abstinentias in pane & aqua ter in hebdomada faceret, & ma  
ducans, ne de cibi cogitaret delectatione, aut vilitate, librum ante se habebat,  
ex quo continuè legeret. Hoc ipsum boni adhuc hodie omnes faciunt Car  
thusiani, formidantes à Deo carnalitatis argui, si refectionem corporis abq;  
animæ cibo sumerent. At proh dolor, sunt qui de animæ (cuius refectio magis  
est, necessaria) cibo parum cogitantes, adeò cūq; suo cibo, adeò cum sa  
fece corporali sunt occupati, ut anima interim relicta iejunet, donec etiam  
non ultra esuriat. Charissimi fratres, sumamus cibum in timore Domini, fi  
ne quo vivere nemo nostrum potest, non eligentes, non discernentes quid  
apponatur nobis, modo eiusmodi sit, ut fame virgente comedi posiat. Si de  
lectatio (quæ semper comitatur, quamdiu natura est natura) non potest ob  
sentiri, sentiatur ita ut tamen non queratur, id est, ut in illa non quefatur,  
vt nō desideretur, ut non intro recipiat, sed à corde, id est, interiori homi  
ne percusa, cum actu ipso comedionis transeat & pereat. Sentitur, inquit,  
ipsa delectatio sed non delectabiliter, id est, non propter delectationem, sed  
propter necessitatem, cui aliter subueniri non potest. Inde displiceat magis  
bi ipsa misera necessitas atque captiuitas humana, quod non potest quo vel  
let, vili & impura delectatione carere. Si ita naturæ necessitatibus seruit,  
necessitati seruitur, non voluptati, & curam quidem carnis facimus, veru  
sensuum de tamen (quod solum prohibitum est) non in desiderijs. Vigilemus igitur cha  
lectaciones, rissimi circa sensuum nostrorum delectationes, circa creaturas quoque & res  
qualia

1. Tim. 5.

Scopus mo  
naisticae vita  
quis.Rom. 8.  
Temporis  
perditio  
quantopere  
sit vitanda.Quō carnē  
sua spiritui  
subiungārit  
S. Hugo.Cibus quō  
cum timore  
Domini sit  
sumendum.

Rom. 12.

Vigilandum  
quō sit circa  
sensuum de

quasunque, vt non ibi fistamus, non hæreamus, nihil nos extra Deum detinat, nihil possideat, sed animus ab omni creatura ab omnique amore extra Deum sit liber. Est alius hostis noster, mundus ipse, vnde mala haurimus exempla, malaq; colloquia. Inquinamur malorum confortio, quasi leuius sit peccare vbi multi delinquent, aut quasi corā Deo magis sit excusabile quod inter complices eorundem aliorumve peccatorum minus erubescimus. Inquinat nos mundus cui placere gestimus, & ferre non possumus ab eo nos esse despctos. Sumus in oculis nostris non nihil, & in cordibus aliorum esse aut haberi volumus aliquid. Cupimus de nobis bene sentiri, nobis faueri, nos estimari & in aliorum opinione bonos aut præstantes haberi. Hæc quotidiana est fornax tentationis humanæ, qua vrimur fallimurq; à nobisipfis. Nā carnalis illa superbia in vestium ostentatione aut aliarum rerum gloria, in ignorantia scientiæ aut potestatis, minus ad nos spectat, & manifestior est, quam vt opus sit de illa cauenda vos admonere.

Mundus iste  
quō impugnet hominem.

Accedit tertius hostis, diabolus, exercitum ducēs malarum suggestionū, i- Diabolus  
ra videlicet, superbiz, inuidiz, malarum suspicionum, aliarumq; passio- quibus ten-  
num malarum & vitiorum, quem vndique colligit, duobus prioribus hosti- tationibus  
bus, carne videlicet ac mundo suppetias eidem ferentibus. Cui tanto vigilan- hominem  
tius tantoq; fortius repugnandum est, quanto mille ei nocendi artes, mille impugnet.  
fraudes, mille technæ ac insidiæ, quantoq; ex confessio & palam aduersarius  
noster est nunquam placabilis. Sed confortat & nos consolatur, quod nihil  
est ei virium, nisi quantum illi nos tribuerimus. Pugnare etenim potest, at  
expugnare aut vincere non potest nisi volentes. Quamobrem cauendum ma-  
xime à proditore nostra salutis & omnium pessimo hoste, quem intra nos Voluntas  
gerimus, qui vñus si non esset, nulla nobis exterior pugna noceret, hic mala propria quā  
est nostra voluntas, pessimus utique hostis, & semper vincens, vbiunque sit pessimus  
fuerit. Hac abutitur diabolus exuffians & odia, iurgia, inimicitias, iudicia te- hostis &  
meraria, variaq; mala concitans. Fratres, contra hanc pestē nil iuvant prædica- proditor sa-  
lio, correctio, confiliave quæcumq; aliena: hanc oportet primum necari, qua luti nostre.  
mortua, pax erit hominibus bona voluntatis. Non vt nulla sit pugna, sed vt  
tam certa victoria, tam certa sit corona, vt etiam ab aduersariis nostris nolē-  
tibus ea fabricetur, qui quanto plus molestiæ, tanto etiam gloriæ adferant.  
Interim tamen vigilandum, ne circumueniamur: & ne langueat bona volū-  
tas, quærenda sunt orationum remedia, ne dormitet, lectionibus, exhortatio-  
nibus ac castigationibus excitanda est. Si, inquit, sciret pater familius qua horæ Luc 12.  
fur veniret, vigilaret vtiq; & non sineret perfodi domum suam. Quia vero nescit,  
omnem horam habet suspectam, semper vigilat. Hoc modo nobis, quia ho- Vigilando  
stes habemus qui præioso thesauro nos spoliare moliuntur, semper vigilan- quo sit ad  
dum est. Est tamen & alia adhuc ratio vigilandi. Beatus, inquit, qui vigilat ad foras sapiē-  
tia. foras eius, id est, sapientiæ quotidie. Beatus qui visitationem obseruat diuinam, Pro. 8.  
qui mundum parat Domino hospitium, purum videlicet cor, & vigilat super Luc 12.  
custodia cordis sui quotidie, vt cum Dominus ad ostium eius pulsauerit, cō- Matt. 25.  
festim occurrat & aperiat ei. Tertia est vigilia ad sponsi aduentum, ad egressum media nocte, id est, hora nobis incognita nos euocantis, vt tunc vigiles, LUC 12.  
præcincti lumbis & ardentibus lucernis parati ad egrediendum de mundo Quæ triplici  
& ad nuptiarum ingressum inueniamur. Hac triplici vigilia beatissimus Hu- B. Hugo,  
go sem-

Hhh 2

go sem-

1. Pet. 4.  
Mat. 10.  
1. Cor. 15.  
Psal. 1.  
Rom. 12.  
Libri cuius-  
modi religio-  
nis frequen-  
tandi sunt.

go semper armatus fuit. Contra hostes namque ad eō fuit vigil, sicut in via eius legitur, ut ne vnam quidem victoriam eidem diabolus potuisset sibi pere. Et vos charissimi fratres vigilate in orationibus, ac estote prudentia sicut serpentes, simplicesq; ut columbae contra prudentiam carnis, quae mons est animæ, & contra prudentiam mundi qua stultitia est apud Deum. Muniti in lege Domini interrogantes quæ sit via bona, & discente quæ Dicit voluntas beneplacens & perfecta. Eam ob rem bonos frequentare libos, qui spiritum inflammant, vitia ostendunt, & ad virtutes erudiant: hic enim lectionis vestra debet esse scopus & finis. Nam si ex curiositate aut vanitate scoli aut docti habeamini, libros legitis, fructum vestrum hic recipientis rilem & inanem. Qualis est lectio vestra, quale studium, talis vita. Devotis uotos optant libros, mundani mundanos. Verum hoc alias. In altera vigilia, orationum, videlicet ac contemplationum, ad visitationem diuinam ad eō fuit B. Hugo auscultans, ad eō vigil, ut ne dormiens quidem ab oratione spiritum laxaret. Quare potuisset reuera dicere: *Ego dormio & cor meum regnat.* Nam in somno cum nulla alia ab eo vox audiretur, hæc tamen quælibet conclusionem orationis se penumero audiebat. Amen. Amen. Postremo horam mortis quomodo non vigilantissimus fuerit, qui tam intrepidus nonnunquam ensibus nudatis & super caput eius vibratis pro iustitia posuit regibus ac proceribus eorundem, pro Ecclesia, pro populo, pro probitate, & qui contra tyrannidem omnem ad eō restitit, ut impiorum nemesis qui non formidaret Hugonis censuram, ipse vero hominum minas hunc penderet omnes, idq; non ex animi levitate aut superbia, sed ex virtute, & ex honestæ vitae conscientia: utpote qui pro Deo omnia agere, & nihil contra Deum se sciebat velle. Atque ideo etiam moriens sibi hunc esse diem dicens: non iudicari, sed gaudij & consolationis, nimis plenus fiduciam Deum, & securus quod non reprehenderet illum cor eius in omni vita sua. Quæ vtinam pariter nobis tribuat Iesus Christus cum patre & Spiritu sancto benedictus. Amen.

Cant. 3.

Job 27.

## IN EADEM SOLENNITATE.

*Quomodo quis iustus in proximum, quomodoq; placere debent Deo*

Sermo II.

**E**cce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuenitus est iustus. Eccl. 44. Festum beatissimi patris nostri Hugonis celebrantibus fratres charissimi tanto nobis ardenter studio ad eius imitationem tendum puto, quanto nobis ille & olim fuit professione coniunctior, & modo creditur charitate vicinior. Siquidem ordinis nostri alumnus, simul fuit pontifex & monachus, nihil ex monastica humilitate vilior, nihil ex pontificali stemmate elatior, in utroque magnus, & tanto maior, quanto humilior.

**M**agnum a liquid dici quadrifaria. Dicitur autem quadrifariam aliquid magnum, altitudine, profunditate, Altitudo latitudine, longitudine. Primo altitudine dicitur aliquid magnum, hoc modo arborem dicimus magnam, quam cernimus altam. Altitudo spiritualis, quæ sit.